Archives de la Grande Chartreuse

A-v

83 e

EX-ARCHIVO MAJORIS-CARTVSIÆ

CHARTREUSE d'ERFURT

Mont-Saint-Sauveur

(Province d'ALLEMAGNE INFÉRIEURE)

Bulle et Chartes conservés aux Archives de Magdebourg

13

Archives de l'état. M

St. A. Magdeburg.

Archives / Chartreuse

Urkunden. Erfurt, Karthäuser Kl. No 5.

Février

1365 Februar 26. Avignon. (IIII. Kal. martii).

Urbanus episcopus servus servorum dei dilecto filio Johanni Ortonis preposito ecclesie Dorlanensis Maguntine diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Quia presentis vite condicio statum habet instabilem et ea que visibiliter habent essentiam tendunt visibiliter ad non esse, tu hoc salubri meditatione premeditans diem tue peregrinationis extremum dispositione testamentaria desideras prevenire. Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut de bonis tuis undecumque non per ecclesiam seu ecclesias tibi commissas seu alia beneficia ecclesiastica per te obtenta alias tamen licite acquisitis,

que ad te pertinere omnimode dino
libere testari valeas ac de bonis n
ecclesiasticis tue dispositioni seu adi
tioni commissis, que tamen non f
altaris seu altarium ecclesiarum s
ficiorum ipsorum ministerio seu ali
speciali eorundem ecclesiarum et be
divino cultui seu usui deputata
et de quibuscunque bonis mobilibus
per ecclesiam seu ecclesias aut ben
hujusmodi licite acquisitis pro decen
et honestis expensis tui funeris a
remuneratione illorum qui tibi
servierint sive sint consanguinei
alii juxta servicii meritum mode
tamen disponere ac erogare, et a
pios et licitos usus convertere pos
prius tamen de omnibus predicti

ere alieno deducto et hiis que pro reparan=
dis domibus seu edificiis consistentibus in
locis ecclesiarum vel beneficiorum tuorum
culpa vel negligencia tua seu procuratorum
tuorum destructis seu deterioratis, necnon
restaurandis aliis juribus earundem eccle=
siarum vel beneficiorum deperditis ex
culpa vel negligentia supradictis fuerint
oportunis deductis plenam et liberam
discretioni tue auctoritate presentium con=
cedimus facultatem. Volumus autem ut
in eorundem ecclesiasticorum dispositione
bonorum juxta quantitatem residui erga
ecclesias a quibus eadem percepisti te
liberalem exhibeas prout conscientia tibi
dictaverit et anime tue saluti videris
expedire.

Datum Avinione IIII Kalendas mar=
tii

tii, pontificatus nostri anno ter

Parchemin original.
Le plomb de la bulle du Pape est attaché par un ruban.

Original. Pergament.
Blei-bulle des Papstes
schnüren.

La date est (?) effacée

Die Datierung ist später eingesetzt

Au verso —

Rückseitigen Registraturvermerk
„ Henricus de Bulleren

St. A. Magdeburg

Urkunden. Erfurt, Karth.-Kloster No 6.

1371 November 30.

Johannes dei et apostolice sedis gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino et subscriptorum perpetuam cognoscere veritatem. Deo dignum non ambigimus obsequium prestare, cum ex pastoralis nostri regiminis officio ab altissimo nobis credito ad augendum in nostris civitatibus et diocesi divini cultus clareque religionis ministerium, in quibus jugibus perpetuisque temporibus omnipotenti deo famulatur et christifidelium devotio salubriter incrementum recipit, diligenter insistimus

et

et ferventius insudamus, Christus en[illegible]
sus descendens a patre ad mundi infi[illegible]
pro redempcione generis humani instit[illegible]
legem novam per veterem prius typi[illegible]
signatam eam vite asperitate, claritat[illegible]
verbis pariter et exemplis servandam
festavit et per totum orbem terraru[illegible]
nunc per se nunc per suos apostolos [illegible]
cando habundantius dilatavit, hanc
legem sicut ipsam in sua majestate
pater ab eterno ordinavit sic eciam
modi legis factores et propagatores [illegible]
sapientia previdit in tempore, inter
secundum disposicionem temporis [illegible]
lis et sancta fratrum ordinis Cartu[illegible]
sis caterva processit, que quasi exem[illegible]
vite salvatoris omni in terris quo[illegible]
pro salute nostra degentis relucens

sui precursoris ac deinde patrum sanctorum,
quorum vita et conversacio eorum regula
dinoscitur clare et pre cunctis clarius ex=
primens cujus quidem caterve fratres sicut
scimus sub arciori regula strictiorique
disciplinata Christi imitatores et perfecte
legis observatores sicut firmiter credimus
et indubitanter speramus per eorum in
fervore caritatis amplioris iram dei pro
tocius seculi reatibus et culpis incessanter
debitam mitius complacari, hinc est
quod sicut ex petitione devotorum no=
strorum honorabilium Herbordi de Spangen=
berg sancti Severi Erfordensis et Johannis
Opthonis de Aldendorf Dorlanensis eccles=
iarum prepositorum nostre diocesis didi=
cimus, quod ipsi divina gratia invitati
et piis moti affectibus desiderantes et in=
ten=

tendentes temporalia in perpetua et trans
in eterna felici commercio commutare
lices se existimarent si ipsorum ad
faciente sollicitudine expensisque et op
tunis laboribus ipsorum suffragantibu
eundem ordinem Carthusiensem ad part
Thuringie videlicet nostre diocesis Magunt
ubi dictus ordo adhuc penitus erat inc
tus, deducere novam domum ipsis erig
dotare instituere et instaurare valeren
ut plebs ibidem nobis commissa eoru
sanctis erudita exemplis sue devocion
proficeret incrementis quodque fratribu
ipsis et eorum ordini videlicet priori
generali et capitulo Carthusiensi non s
ferventi desiderio sue devocionis huju
di diu conceptum propositum exponi
certum locum vel in Hocheym prop

opidum nostrum Erfordense vel in suburbiis
ipsius opidi nostre diocesis pro capella vel-
lis et aliis pro domo et conventu ipsius
ordinis convenientibus construendis de no-
stro necnon de honore decani et capituli
ecclesie nostre Maguntine et quorum inter-
esse posset consensu et voluntate suis sumpti-
bus acquirendis et construendis cum omni-
bus ornamentis libris et quibuscunque
alis justa modum ordinis pro conven-
tu pleno necessariis ac redditibus ipsis in
omnem eventum oportunis ad laudem et
honorem omnipotentis dei gloriosissime
virginis dei genitricis Marie et beati
Johannis baptiste patronorum (ordinis ~~conventus~~
predicti pro ampliacione dicti ordinis cu-
pientes dictam provinciam Thuringie bonorum
fratrum et ordinis predictorum non esse
in=

inexpertam sed per eosdem ac eorum
cessionem tam quoslibet (in) eadem
degentes subditos nostros quam alias
illuminari candore lucis eterne mise
ter et salvari liberaliter offerri fecer
et donarint que et ab eisdem qua
in eis est ne si refutassent culpab
existerent humiliter et devotissime s
admissa et ab eisdem attemptata, p
in litteris et instrumentis desuper c
plenius dicitur contineri. Et post hec
quondam felicis recordacionis venera
pater dominus Gerlacus archiepiscopus
Maguntinus noster inmediatus pred
hujusmodi donacionem ereccionem d
cionem institucionem et instauracio
ut sic factas et faciendas admissi
approbaverit ac eciam expresse co

pit in eadem licet morte preventus litteras
suas non dederit super eo. Quare dicti
devoti nostri Herbordus et Johannes pre-
positi tanquam dicti boni operis principa-
les creatores dotatores institutores et in-
stauratores humiliter supplicarunt ut ad
easdem ereccionem dotacionem institucionem
et instauracionem factas et faciendas nostrum
consensum benivolum adhibendo ea auctoritate
nostra ordinaria confirmare et approbare di-
gnaremur. Nos igitur qui jugi sollicitudi-
nis studio domum dei ubertate fructuum
cupimus habundare, ut nostre plebis de-
vocio sanctis predictorum operibus erudita
ad altiora conscendat affectantesque prout
ex debito injuncti nobis officii tenemur
curam debitam impendere locis piis
et deo dicatis et eadem in suis libertati-
bus

bus inviolabiliter conservare necnon ex co
fieri participes orationum et bonorum o=
perum aliorum dictorum fratrum in dicta
nova structura pro tempore militancium
ac tocius sui ordinis donacionem erectionem
dotacionem institucionem et instauracionem
per prefatos prepositos factas et faciendas
nostrum plenum liberum et expressum ad
hibemus consensum annuentes dictis prepositis
et fratribus ut in altero locorum supra
dictorum nostro subjecto regimini vide=
licet in Hocheim vel suburbiis Erfordensi=
bus cappellam cellas et alia eis ibidem
convenientia construere divina officia li=
bere celebrare ibique conventum habere
aliaque dei opera exercere secundum or=
dinis statuta et privilegia necnon
canonicas sanctiones quodque cappellam

seu ecclesiam cum atrio, ubi suos de- *ubi auf Rasur.* / *sur Rasure*
functos sepelire possint, facere valeant
consecrari per quemcumque archiepiscopum
vel episcopum execucionem sui ordinis et
graciam sedis apostolice obtinentem. Insu-
per de indulto gracie specialis dictis fra-
tribus concedimus, quod in altaribus por-
tatilibus consecratis quoad husque (sic) dicta
ipsorum ecclesia et altaria consecrata fu-
erint divina officia valeant libere celebrare.
Ut autem orationum et bonorum operum
per ipsos fratres in dicta nova structura
fiendorum quo ad salutem anime nostre
majori participacione gaudeamus ipsos
in domino exhortantes ut ipsi fratres
nobis in vita existentibus de sancto Spiri- *in vita später übergeschrieben* / *ajouté après coup*
tu et post mortem nostram perpetuis
temporibus semel duntaxat in anno

unam

unam missam pro defunctis in [...]
cantando velint et debeant sollemp[...]
celebrare. In cujus rei testimon[...]
gillum nostrum presentibus est [...]
Datum Erenfels ultima die [...]
novembris anno domini millesim[...]
tesimo septuagesimo primo.

Original. Pergament. Siegel ab[...]

Auf dem umgebogenen Rande [...]
„De mandato domini Mag[...]
Johannes de Wulfrichstus[...]

in loco ipsorum
lempniter
imonium si-
est appensum
die mensis
llesimo treceri

l obiquyu.

de auctu.
Maguntini
stiusen".

St. A. Magdeburg.

Urkunden. Erfurt. Karthäuser Kloster, No 8.

1372 April 16.

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pat(eat evidenter, quod anno a nativ)itate domini millesimo CCClxxii°, XVI. die mensis aprilis hora primarum in curia habitacionis honorabilis domini Johannis Orth(onis . . .

. . . . . .)o estuario ejusdem domus pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Gregorii pape XI anno secundo indiccione (XIIIª in nostrorum notariorum Jacobi de Nort)husin et Johannis de Dorla publicorum et testium subscriptorum presencialiter constitutus venerabilis vir dominus Johannes Orthonis prepositus (ecclesie Dorlanensis Maguntine diocesis intendens) ac edificare

cu-

cupiens ac de clemencia divina confisus firm
proponens instituere fundare dotare ac de nov
plantacione (edificare et instaurare) domum
vam ac conventum ordinis Carthusiensis
cum oratorio cella et aliis edificiis cum b
et certis redditibus juxta predicti ordinis e
igenciam pro fratribus et ordine Carthusi
sibus perpetuo inibi collocandis et de(....
.... in s(umptibus) necessariis et oportunis
area quadam extra muros opidi Erfordie i
parrochia sancti Thome apostoli sita ante
valvam cerdonum ad hoc per dictum do
minum Johannem suis sumptibus et expe
sis comparata et per eum deputata ad
laudem gloriam et honorem sancte et in
dividue trinitatis et gloriose semper vi
ginis Marie tociusque curie supernorum p
sue ac progenitorum et beneficiorum suoru

(animarum salute diligenti ac discreta delibera-
cione ac devota sagacitate attendens, quod
vitam religiosam eligentibus... congrua sicud (sic!)
testatur beatus Gregorius consideracione pro-
oendum est et providendum, ne aliqua ne-
cessitatis occasio tales desides in divina con-
templacione deique famulatu faciat vel re-
missos aut quod absit recte conversacionis
mon)astice et sacre religionis disciplina in-
fringatur, ad quod nimirum fervencius per
ceteros qui monasteria et domus alias re-
ligiosas edific(ant et in)stituunt tam sacrorum
canonum quam legum civilium iuribus au-
ctoritatibus ast(. . . . . p)refatus dominus
Johannes premissa considerans (m)eritu(m)que
eterni premii preponderans (et cum) opere
desideranter affectans • redditus annuos(. . .
. . . .)singulis annis

per

perpetue ministraſ . . . .

. . . .

in vita vel in morte donaret aut legaret
emit et comparavit de et super opidi Northusin
pro mille et ducentis (marcis argenti puri li
. . . .) opidanis dicti opidi liberam concesserit
cum valuerint reemendi facultatem pro pre-
cio mille ducentarum marcarum comparacione
memorato predicte domus fratribus Carthusien-
sibus in ea perpetue collocandis pro dote
competenti dedit et donavit assignavit et in
eosdem transtulit donacione et translacione
prefata expressa et irrevocabiliter ad congruam
sustentacionem habendam et onera que
ipsis fratribus juxta dicti ordinis consuetu-
dines et statuta incubuerint et necessarii
fuerint supportandam. Tradidit eciam et
liberius resignavit religiosis viris fratribus

Johanni Maguncie et Johanni Opti angelorum
Herbipolensis domorum prioribus dicti ordinis
Carthusiensis similiter tunc presentibus et
pro dicta domo Erfordie ejusdem ordinis Car-
thusiensis mancipantibus et recipientibus
litteram sigillo opidi Northusin predicti
nomine proconsulibus et consulibus necnon
universitatis sigillatam et continentem con-
tractum empcionis reddituum predictorum
absque omni (ipsius) domini Johannis dota-
toris revocacione vel quorumcunque aliorum
contradiccione vel inpedimento intendens
dictam donacionem ratam gratam et fir-
mam habere nec (contra) venire vel contra
venienti aliqualiter consentire alia .... in-
genio studio vel (captela sed quod de ce-
tero dicti fratres domus Carthusiensis Erfor-
densis prefate actu et pro tempore existen-
tes

tes presentes et futuri sepedictos redditus mil-
le ducentarum — marcarum et literarum
desuper confectarum vel tarum precii (. . .)
mille ducentarum marcarum argenti pro quibus
et cujus quantitate dict(. . . . .
. . . . . .) sine contradictione cujuscunque
pro suis et sue domus (necessariis) commodis usi-
bus et juribus uti et frui quiete pacifice (et)
possess(. . . . .) pleno
jure . Item ~~dominus~~ Johannes prepositus prescriptus
protestatus fuit publice et expresse, si ipsum ab
hoc seculo decedere contigerit ante . . . .
. . . .)bus suis neces-
sariis et commodis in edificiis libris calicibus
ornamentis ecclesiasticis et aliis quibuscunque
ad dictam domum juxta ord(inem . . . . .
perficientur
. . . . .)cantibus) quod testamentarii sui
deberent complere totaliter intentum suum

circa monasterium predictorum Carthusiensium
ibidem de b(. . . . .)onis
ubicunque claresterent et ad hoc affectum
in effectum in singulis prout melius possunt
exhibere et explere conaminime(sic) prout de(. . .
. . . . . . in) extremo judicio reddere vel-
lent racionem. Item anno mense die hora
loco pontificatu (indiccione) quibus supra
coram nobis notariis publicis(. . . . .
. . . . .) vir dominus Herbordus prepositus eccle-
sie sancti Severi Erfordensis diocese Maguntine dyo-
(cesis . . . . l... itate et fervore
quibus d(. . . . .)um domui
prosequitur et prosequi intendit(. . . . . monimen-
tum d . . . . ex)presse de-
dit do . . . . donacione li-
bera et perfecta et irrevocabili . . . . . .
. . . . domus . . . . quos

. . . .) pacifice (possi-
dend . .) in vil(. . . . . . parochia . . . .
singul(. . . . .) maldras
cum dimidio (. . . . .) Erford(. . .) perpetue
possidendo cum l(. . . . .)
sigillatis pro tunc(. . . . .) tatis
et resignatis ac publice et ex) presse assignatis,
requirentes nos (notarios publicos) infra scriptos
et quemlibet (nostrum . . . .)
sed omnibus et singulis premissis unum (vel
plura) instrumentum vel conficeremus instru-
menta .

Acta sunt hec anno mense die hora loco pontificatu et indictione quibus supra presentibus venerabilibus viris dominis Theoderico decano ecclesie sancte Marie Erfordensis, Nicolao de Hayn plebano in Grabe, Ludewico de Hoenrade et Nicolao de(. . . . . .) clericis

Maguntine dyocesis ad premissa pro testibus vo-
catis specialiter et rogatis. In quorum omnium
et singulorum premissorum testimonium (. . .
. . . .) Dorlanensis ecclesie
predicte Maguntine dyocesis sigillum nostrum
presenti publico instrumento ad mandatum
(nostrum . . . - - . publicos) sub-
scriptos conscriptum et singnis (sic!) eorum sig-
natum presentibus duximus appendendum.

(Notariatszeichen). Et ego Johannes Sauder...
( ) clericus Maguntine
diocesis publicus imperiali auctoritate
notarius quia dotacioni assignacioni
resignacioni literarum presentacioni
translacioni ac omnibus et singulis
aliis premissis cum agerentur et
fierent una cum prenotatis testibus

et

et Johanne de Dorla clerico publico notario subscripto presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi. Et quia pluribus prepeditus negociis pro me premissa scribere nequivi per dictum Johannem meum connotarium scribi feci meque huic presenti instrumento publico cum appensione sigilli sepedicti Johannis prepositi Dorlanensis subscripsi signoque meo solito et nomine signavi in testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus et rogatus.

(Notariatszeichen.) Et ego Johannes Dorla clericus (Moguntine dyocesis) publicus im(periali auctoritate notarius) omnibus et singulis premissis cum agerentur, ut per prefatum dominum Johannem Sander(..) pub(licum . . . .) subscriptum

prenarrantur/ . . . prenominatis) testibus ac dicto notario presens int(erfui eaque sic fieri vidi et audivi) et singula manu . . . .

me cum dicto notario prescripto subscribendo in (hanc) publicam redegi f(ormam et cum appensione sigilli dicti) Johannis prepositi presentibus appensi et singnoque (sic!) meis solitis (signavi in testimonium omnium et singulorum premis) sorum requisitus et rogatus.

Original. Pergament. Siegel ab.

Das Pergament auf Papier geklebt, ist durch Moder durchlöchert und fleckig. Die hier in Klammern eingeschlossenen Stellen beruhen auf Conjectur, die meist durch einzelne lesbare Buchstaben unterstützt wurde. Der Raum für die fehlenden

n'a pu être qu'approximativement calculé,
Worte konnte nur annähernd bezielt
à cause des nombreuses abréviations,
werden, da wegen der zahlreichen
des mots plus ou moins lisibles, sur les
Abbreviaturen oft mehr oft weniger
espaces effacés,
Worte auf den verblichenen oder
ausgeschabten Stellen einzuschalten
zu können.

St. Ar. Magdeburg

Urkunden. Erfurt, Karthäuser Kl. No 10.

1375 Februar 26 (IIII°. Kal. marcii).

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate m. ccc. lxxv°, IIII° kalendas marcii, circa horam nonam vel quasi, indictione XIII°, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini ac domini Gregorii pape XI anno suo quinto, in domo habitacionis honorabilis viri domini Johannis Ysthonis prepositi ecclesie Dorlanensis in opido Arnstete Moguntine dyocesis in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia constitutus dictus dominus Johannes Ysthonis prepositus ecclesie Dorlanensis protestatus fuit sane mentis et corporis publice et expresse, quod per infra scripta non intenderet testamentum suum prius factum et testamentarios et dicti testamenti executores quomodolibet re-

revo-

vocare sed infra scripta dictum testamentum innov
et immutare secundum infra scripta. Ad exequend
presentavit michi notario publico cedulam quandam p
piream tenoris et continencie in hec verba: In nomine d
amen etc. Ego Johannes Ortlonis prepositus ecclesie D
lanensis Moguntine diocesis constituo testamentarios
os, qui antea fuerunt constituti per me, videlicet hon
biles dominos decanos sancte Marie Erfordensis et eccl
Hunfeldensis, dominum Johannem scolasticum .. eccles
Nuenburgensis, dominum Wernherum cantorem
sancti Severi Erfordensis, dominum Cunradu
procuratorem domus Erfordensis Moguntin
dyocesis et dominum priorem ordinis
Carthusiensis in Herbipoli Herbipolensis d
cesis et quemlibet eorum in solidum cura
cum clausula debita in hunc modum, q
predicte domui prius ante longa tempora
inter vivos dedi et presentavi literas centi

marcarum annue pensionis in opido Northusen,
insuper etiam dedi eis et assignavi omnia
bona mea mobilia et immobilia et census me-
os ubicumque habeo vel habuero cum quibus-
cumque personis et assigno et do per presentes
in hunc modum, ut predicti Testamentarii de-
bent ante omnia commissariis domini Mogun-
tini dare et presentare nomine testamenti
unum fertonem argenti puri; item debent pre-
dictis Carthusiensibus in Erfordia et conventui ibidem — Carthu
comparare et emere eis omnia que eis sunt
necessaria in redditibus frumenti vineta in
lignis et in multis ac pluribus aliis neces-
sariis, que longum essent enarrare, et precipue
et ante omnia debent instaurare unam vi-
cariam de sexaginta marcis argenti puri
ad altare sancti Sebastiani noviter erec-
tum, quam Johannes de Dorla actu sco-
laris

laris meus debet habere primo, postea testamentarii mei ad tempora vite. Item lego et assigno Xl marcas argenti puri ad fenestras in ecclesia sancte Marie Erfordensis; item viginti marcas argenti puri lego et assigno ad ecclesiam Dorlanensem canonicis et vicariis equaliter pro presenciis comparandis dividendas pro anniversario meo et ordinando, quam pecuniam ad vicariam et ad alia legata debent recipere testamentarii mei supradicti a civibus Northusensibus, Molhusensibus, Erfordensibus, Nuenborgensibus, Cizensibus, et de tota

thng ballivia Thuringensi, de domibus Theutunicorum, de censibus qui evenerint post mortem meam, non tamen ab illis centum marcis in Northusen, qui census dudum et longo tempore Carthusie [nsibus] datus et traditus est per me. Item census vicarie

predicte instaurande debet levari per Carthusienses
quo usque pecuniam habeant tantam quod possint
emere et comparare dicto Johanni et predicte vicarie
presencias. Et nichilominus ordino et dispono quod ordina-
tis et comparatis omnia (!) que pertinent ad necessi-
tatem conventus Carthusie in Erfordia extunc debet
duplex (!) conventus fieri ibidem qui debent retinere "Dupl"
centum marcas puri argenti annue pensionis de su-
perfluis redditibus meis ultra prius legata, vi-
delicet centum marcae in Northusen, cum quibus
sunt primo dotati et alia que eciam eis comparan-
tur de cetero. Illo ordinato et perfecto extunc
debent procurare, si possibile est et in quantum
possunt unum novum hospitale in Erfordia vel
alibi erigere pro infirmis pauperibus, ad quod
lego de redditibus meis ubicumque claruerint
centum marcas argenti puri annue pensionis.
Si vero hospitale fieri non posset ex causis extunc

le-

lego de predictis centum marcis pensionem duven-
tas marcas pauperibus in hospitali in Aldindorf
prope Sodin post primum annum centum marca
et post secundum annum iterum centum marcas
argenti puri et hoc peracto Carthusienses deben
servare et retinere predictos census centum mar
carum tamen tali forma, quod omni mense debent
stipam facere pauperibus de supradicto censu tantum
quantum possunt in hoc onere eorum conciencias
coram deo et hominibus. Insuper apud eosdem
Carthusienses debent ordinare pitancias bonas in
anniversario meo et infra scriptorum anniversari
orum patris, matris, fratris, sororum mearum,
"Bep" materere Henrici Geuleri et Johannis Geuleri ita
quod bene peragetur in premissis necnon vigiliis
et missis. Item libros meos jure lego et do
ad sanctam Katherinam in Ysenache. Item assigno
1 libram denariorum in Hoheim vicariis sancte

Marie Erfordensis. Et testamentarii mei debent ipsis adhuc comparare XXX solidos denariorum annue pensionis et debent dividere inter omnes vicarios majores et minores. Qui quidem quinquaginta solidi denariorum inter omnes vicarios predicte ecclesie in anniversario meo equaliter dividantur pro presenciis ut est moris. Et hoc presens testamentum sigillo meo sigillavi cum sigillo prepositure ecclesie mee.

Acta sunt hec anno die mense hora loco indiccione pontificatu quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Wernhero cantori ecclesie sancti Severi Erfordensis, Johanne de Einbecke canonico sancte Marie Erfordensis, Theoderico de Cassele, Jacobo de Northusen publico notario, Heinrico de Ouwerstete et Nicolao dicto Stygarn clerico Moguntine dyocesis pro testibus ad

pre-

premissa vocatis et specialiter rogatis.

(Notariatszeichen) Et ego Johannes de Vorla clericus
Moguntine dyocesis publicus imperiali
auctoritate notarius quia huius protesta-
cioni et notificacioni presens interfui
eaque sic fieri vidi et audivi ideo pre-
sens publicum instrumentum exinde
confeci et in hanc publicam formam
redegi signoque meo solito et con-
sueto signavi in testimonium premisso-
rum vocatus et rogatus.

Original Pergament
Siegel des Joh. Orthonis an Pergament-
Streifen abhangend.

St. A. Magdeburg.

Urkunden. Erfurt, Augustiner-Kloster No 12.

1375, September 4. (II. non. Sept.)

In nomine domini amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini millesimo ccc°. lxxquinto secundo nonas septembris ~~tertia~~ circa horam vesperarum vel quasi, in opido Arnstete Moguntine dyocesis in domo domini Johannis Helwici vicarii perpetui in ecclesia sancti Bonifacii dicti opidi pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini Gregorii divina providencia pape undecimi anno quinto, indiccione XIII[a] venerabilis vir dominus Johannes Ortlonis prepositus ecclesie Dorlanensis dicte Moguntine dyocesis eodem tempore morans in prefato opido Arnstete in nostrorum notariorum

pu-

publicorum et.. testium subscriptorum prese
cia constitutus firmus sanus et incolumis
mente et corpore omnes et singulos suos tes
mentarios fidecommissarios seu ultime sue vo
luntatis executores qualitercumque coram qui
buscumque sive quacumque forma tenore ve
literis ac instrumentis constitutos simpli
citer et expresse revocavit et nichilominu
in suos veros legittimos et certos fidecom
missarios et testamentarios ac sue volunta
tis ultime executores fecit constituit et ord
navit religiosos viros patres dominum Jo
hannem priorem Herbipolensem et Conradu
procuratorem prope Erfordiam domorum
Carthusiensis ordinis et honorabilem viru
dominum Johannem de Novoforo scolast
icum ecclesie Nuwinburgensis et quemlibe
eorum in solidum dans et concedens eis

eidem plenam meram et liberam potestatem
de omnibus rebus suis mobilibus et immo=
bilibus, presentibus et futuris ac per ipsum
dominum Johannem testatorem relinquendi
recipiendi exigendi disponendi agendi defenden=
di faciendi exponendi et ordinandi faculta=
tem, prout predictis fidecommissariis suis
ore tenus commisit vel committet vel in
scriptis dederit suo sub sigillo vel in alio
scripto autentico. Et si quod absit dictus tes=
tator morte preveniretur quod in scriptis suam
voluntatem non daret vel oretenus ipsis testa=
mentariis vel alteri ipsorum non committeret,
ex tunc dicti testamentarii et ultime sue vo=
luntatis executores omni impedimento et con=
tradictione cessante cum omnibus et singulis
rebus quibuscunque per ipsum testatorem re=
lictis ordinare et disponere et ultimam suam

vo=

voluntatem exequi valeant ea fidelitate et con-
fidencia prout saluti anime sue et suorum
progenitorum et omnium fidelium animarum
expedire melius videbitur poterunt et debebunt,
sicuti de hoc altissimo in extremo judicio vo-
luerint reddere racionem. Est eciam per pre-
fatum dominum Johannem testatorem ordina-
tum, quod prescripti Testamentarii possunt in
casu, quo ipsis convenire videbitur, dominum
Johannem decanum ecclesie Hunfeldensis in
suorum contestamentarium assumere et con
stituere et sic ut prefertur assumptus et con
stitutus idem dominus ..decanus omni jure
in premissis gaudere debet et potestate quam
habent et habere possunt testamentarii pre
notati.

Acta sunt hec anno mense die hora et
loco pontificatu et indiccione quibus supra

presentibus honorabilibus viris dominis Theoderico de Cassele, Stephano de Ysenaco sancte Marie et Heinrico de Owesstete sancti Severi ecclesiarum Erfordensium vicariis pro testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis. Et nos Johannes Orthonis prepositus predictus ad majorem evidenciam omnium premissorum sigillum nostrum presenti instrumento per notarios publicos subscriptos ad requisicionem nostram scripto et signato duximus appendendum.

(Notariatszeichen) Et ego Jacobus de Northusin, clericus Moguntine diocesis publicus imperiali auctoritate notarius, quia revocacioni, constitucioni et ordinacioni ac omnibus aliis et singulis premissis cum agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo premissa per alium

scribi

scribi aliis prepeditus negociis feci et hic me subscripsi et in hanc publicam formam rede=gi cum appensione sigilli venerabilis domini Johannis prenotati presentibus appensi ac subscripcione Johannis de Dorla publici notarii subscripti signoque et nomine meis solitis signa=vi in testimonium premissorum requisitus et ro=gatus.

(Notariatszeichen) Et ego Johannes de Dorla, clericus Moguntine dyocesis publicus imperiali auctori=tate notarius, quia premissis omnibus et singulis una cum testibus et Jacobo publico notario su=pradictis cum agerentur presens interfui ea=que sic fieri vidi et audivi me cum dicto notario prescripto subscribendo in hanc publicam redegi formam et cum appen=sione sigilli dicti domini Johannis pre=positi presentibus appensi et signo et

nomine meis solitis signavi in testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus et rogatus.

Original. Pergament.
Siegel des Propstes Johannes an Pergamentstreifen.

pub
ter
tre
ca
ste
Joh
s'an
Chr
vin
ind
han
dev
mo
pres

St. A. Magdeburg.

Urkunden. Erfurt, Barfüßer Kloster No. 13.

1375 September 5. (Non. Sept.)

In nomine domini amen. Per hoc publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno a nativitate domini millesimo trecentesimo LXX^{o} quinto nonas septembris circa horam vesperarum vel quasi, in opido Arnstete Moguntine dyocesis in domo domini Johannis Helwici vicarii perpetui in ecclesia sancti Bonifacii, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Gregorii divina providencia pape undecimi anno quinto, indiccione XIII^{a} venerabilis vir dominus Johannes Orthonis prepositus ecclesie Dorlanensis dicte Moguntine dyocesis tunc temporis moram faciens in prefato opido Arnstete presencialiter constitutus in nostrorum notariorum

tariorum publicorum et .. testium subscripto-
rum presencia sanus mente et corpore dei
gracia publice et voluntarie ac expresse
pure et simpliciter propter deum et in sa-
lutem sue ac progenitorum suorum animarum
dedit assignavit et donavit donacione perfecta
et irrevocabili inter vivos et presentibus
donat assignat et dat omnes et singulas
res et literas ac bona quecunque deposita
et deposita apud honorabilem virum do-
minum Johannem de Novo foro scolasticum
ecclesie Nuwinburgensis post mortem ipsius
domini Johannis prepositi dumtaxat reli-
giosis viris .. fratribus Carthusiensibus domus
sancti Salvatoris prope Erfordiam in usus
suos utiles et pios ac sue domus predicte
convertendos, inpedimentis ac contradiccionibus
quibuscunque non obstantibus volens et inten-

dens, quod propter premissa et beneficia dictis fratribus et eorum domui impensa et adhuc impendenda sue ac progenitorum suorum animarum omniumque fidelium defunctorum in deo et propter deum memoriam peragant ipsosque omnium bonorum operum per dictos fratres et totum ordinem Carthusiensem per= agendorum participes faciant salutarium et piorum, requirens nos notarios publicos sub= scriptos et quemlibet nostrum, ut sibi super premissis unum vel plura conjunctim vel divisim conficeremus publicum seu publica instrumenta.

Acta sunt hec anno mense die hora et loco pontificatu et indiccione quibus su= pra, presentibus honestis viris dominis Theo= derico de Cassele, Stephano de Ysenaco sancte Marie et Heinrico de Ouwerstete

sancti Severi ecclesiarum Erfordensium vicariis pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et nos Johannes prepositus predictus ad majorem premissorum evidenciam et robur sigillum nostrum presenti instrumento per subscriptos notarios publicos ad requisicionem nostram signato duximus appendendum.

(Notariatszeichen) Et ego Jacobus de Northusin clericus Moguntine diocesis publicus imperiali auctoritate notarius quia predictis donacioni et assignacioni necnon omnibus et singulis premissis una cum prenominatis testibus et notario subscripto publico cum agerentur et fierent presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo premissa per alium scribi aliis prepeditus negociis feci et

hic me subscripsi et in hanc publicam formam cum appensione venerabilis domini donatoris predicti ac subscripcione Johannis publici notarii subscripti redegi signoque et nomine meis solitis signavi in Testimonium premissorum requisitus et rogatus.

(Notariatszeichen) Et ego Johannes de Dorla clericus Moguntine dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius quia premissis omnibus et singulis una cum testibus et Jacobo publico notario supradictis cum agerentur et fierent presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi ideo presenti publico instrumento per prefatum dominum Johannem donatorem sigillo suo signato ac predictum Jacobum notarium publicum signato me subscribendo

hic

hic me subscripsi in signum testimonii et veritatis premissorum requisitus [illegible] rogatus.

Parchemin original.
Le sceau du prévôt
Jean Opthon [illegible]
attaché [illegible]
au parchemin.

Original. Pergament.
Siegel des Propstes Johannes Opthon
an Pergamentstreifen.

nonii
us et
Athonii